

Epistola ad Lignitrad. t  
fulda zu Halle Jan. 1835.

27  
fil

GRATULATIO EPICA  
*Novis honoribus*

Reverendi, pietate, doctrinâ & eruditione  
conspicui Viri  
*Dni.*

**HENRICI MELDAWI**  
Wernigerodæ ad B. B. Sylvestrum & Georgium  
Pastoris vigilantissimi, amici & sympatriotæ  
honorandi,

*Cum in Academiâ VVitebergensi artium  
Magister solemnî ritu, creatus esset.*

Consecrata à  
IOHANNE XANTHO Derenb.  
p. t. Hollens: Pastore.



Hildesia, Typis exscripsit Joachimus  
Gosselius, Anno 1645.

Sap. 8.

**P**roposui sapientiam adducere mihi ad convi-  
vendum: Sciens quoniam mecum commu-  
nicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis &  
tædij mei. Habebo propter hanc claritatem ad  
urbas, & honorem apud seniores juvenis: Et a-  
cutus inveniar in iudicio & in conspectu potenti-  
um admirabilis ero, & facies principum mira-  
buntur me: Tacentem me sustinebunt, & lo-  
quentem me respicient, & sermocinante me  
plura manus ori suo imponent. Præterea habe-  
bo per hanc immortalitatem, & memoriam æ-  
ternam his, qui post me futuri sunt relinquam.



**F**ama refert, Henrice, novos quod adeptus  
honores

**R**itè Magisterii: vera quod illa, reor;  
Nam licet ambitio te non, de mentet inanis,

Quando in visa DEO est hac, hominiq; bono,  
Hos tibi jure tamen virtus decernit honores,

Et sumis studio præmia digna tuo:

Namq; salutasti juvenis, tua cura, Camenas,

Cum ductoris egens erudiendus eras.

Assiduis manibus versasti scripta Sophorum,

Cum tibi erant docta tradita sceptrà scholæ.

Ecce sacerdoti quamvis non deside cura

Biblia sint semper sacra legenda tibi,

Attamen & dulces Musas procius impiger am-

Et vigilas duras sedulus ante fores, (bus,

Fortiter & pulsas, instas, nec desinis unquam

Sæpè fatigatus, donec aperta domus,

Intras atq; novem volupe est lustrare sorores,

Cumq; labore harum quarere dona pio,

A 2

Qua-

Quare clara creat quod te VViteberga Ma-  
gistrum,

Philosophoq; jubet laudis honore frui;  
Non mirum; nam miles habet sua premia fortis,  
Exculti fructus fertq; colonus agri:  
Sic capis egregios Musarum cultor honores,  
Pro studiis fructus quos dat Apollo lubens.  
Fructibus his spretis, Cadmi dentata propago  
Profuso gaudet sanguine, rapta capit;  
Captat avarus opes cupide pra fructibus illis,  
Nec se tollit humo, nec petit arte decus;  
In tenebrisq; latent potius, quibus unica cura,  
Otia, Bacchus iners, deliciosa Venus;  
Invidus hos fructus, & eorum rodit & odit  
Messores, his quod non queat ipse frui;  
Horum, Meldawi, sed te non attrahit ullus,  
In partes, melior mens manet usq; tibi.  
Illa sed unde venit? diram quo numine dextro  
Aevi huius rabiem, stultitiamq; fugas?  
Quis Genius jam virtutem te cogit amare,  
Qua scelere in medio visa valere nihil?  
Nonne vides, hodie ut solū dominatur iniquū,  
Ut virtus contra pressa, relicta gemit?

Cur

Cur placet Ausonias tractare fideliter artes,  
Quae frigent inter bellaq; dura silent?  
Nonne vides, ut in hoc extremo turbine mundi  
Sapè rudis primas gaudet habere cohors?  
Annon hoc animo repetis? non flecteris illis  
Moribus? aut similem non cupis ire viam?  
Absit: nam sicut sol lustrans lumine terram  
Per cœnum radios perq; fimeta trahit,  
Turbatus sicut purusq; immergitur undis,  
Meldaw!, tu sic immaculatus abis.  
Laudo tuum Genium, titulum quoq; grater  
honestum,  
Quem dotes animi promuere tui,  
Lætor & ex animo, quod eos sortitus honores;  
Non aliter possum, candor, amorq; jubent,  
Nempe quod à teneris annis nos inter, amice  
Germani fratris semper amate loco,  
Ætas, & mores, Patria, officium, studiumq;  
Conveniunt, solus discrepat hic titulus,  
Unâ operâ sertum si utriq; dedisset Apollo,  
Omninò, dicam, nos sumus ergo pares,  
Sed dolor! infestat, disturbat & impedit omnem  
Fortunam, Mars, Sors; at regit illa DEUS,  
A 3. Hunc

Hunc igitur supplex ex totà mente precabor,  
Dirigat ut nostram pronus ubiq; ratem,  
Quò patiens quæcunq; feram, tu utare Magi-  
Ut patriæ, ille tuis, sit decoriq; tibi, (stro,  
Nam scis, quod curvi mores populantur hono-  
res,

Hosq; peculatur sæpè malignus homo  
Integritate viris nisi cum ratione gubernant,  
Vitam nò trutinant verba bilance sua.  
Præsertim caveas, ne velificeris honori,  
Sed laudi, quod agis, serviat omne Dæi,  
Sic non sylvestres Sylvester sentiet olim  
Fructus, cui debes munera, crede, nova.  
Rem cum laude geres, si saltem incumbis in  
illud,

Ne gener à socero degener esse velis:  
Hæc, frater, moneo, si vis audire monentem,  
Hunc pone ante oculos, hunc imitare virum,  
Non hic inhumanus, gravitas tamen ornat  
eundem,

Ut virtute cluit, sic pietate valet.  
Minslebicum, mea vita, jacet, Proh! dulce ju-  
vamen,

Dices inde loci non meminisse juvat:

Quip-



Quippe jacet; virtus, nomen, laudesq; manebūt,  
Vivit ita ante homines, Spiritus ante DEum,  
Filiolus vivit, Patri per amabile pignus,  
FORTUMANNUS idem, vir veneran-  
dus, ait,

Qui tibi non minus exemplum dat forte Ma-  
gistri,

Utu huius didicit multa senecta gravis.

Addet calcar idem fama tinnitus honesta

Aronis qualem gens genuina sonat

Quorsum hac? nota satis virtus, pietasq; Magi-

Ipse quib; prestas, non opus ergo puto, (stra,

Multa monere, lubet tantum superaddere vota,

Concedat summus sint ea rata DEus!

Utere collato feliciter utere honore,

Prosperitas tempus crescat in omne tua,

A cunctisq; coli gaude de nomine digno,

Ad nutum cedant fata secunda, rogo;

Utq; tibi stabili junxisti fœdere Musas,

Sic tibi felici fœdere junge brevi

Nympham, extincta qua similis virtute tua sit,

Tunc thorus arctus erit, miteq; conjugium;

Quod quicumq;, iuvante Deo, prudenter inibit,

Dulcius & melius carpet in orbe nihil:

O-


Omnia enim thalamus sua fert incommoda se-  
Est uxor verò diamedela placens, (cum,  
Esse hoc me docuit satis experientia verum  
Conjuge felicem; gratia sola Deo.

me

Conditio quoties mea vult dura pati, sum  
Dorothea lætus, fretus itemq, mea,  
Hæc olim exultans mecum, indulgente Jehovah,  
(Quod voveo) rursus sorte fruere pari:  
Quid multus? genus omne mali Deus auferat,

Et quod


Ipse mihi cupio, det tibi largus idem:  
Ex animo tandem sic claudio, dulcis amice,  
Vive diu, benè cum filioloq, Vale!




Facit Hændria Salomonis Anshabab And T...

4/c 37

VD17





B.I.G.

Farbkarte #13

27  
flor

IO EPICA

onoribus

octrinâ & eruditione

ui Viri

ii.

MELDAWI

ylvestrum & Georgium

amici & sympatriotæ

randi,

Vitebergensi artium

itu, creatus esset.

rata à

ANTHO Derenb.

f: Pastore.



scripsit Joachimus

nno 1645.

